

in Hildebrandisdorf et capelle prefato
 Heinrico et suis heredibus aut successoribus,
 prout premissum est, integraliter et
 absque diminutione qualibet reservatis. Ut
 5 autem hec nostra donatio et omnia premissa
 in singulis capitulis robur obtineant perpetue
 firmitatis nec ab aliquo possint in posterum
 inmutari, prenotato Heinrico eandem litte-
 ram in civitate nostra Dresden per ma-
 10 gistrum Geuehardum prepositum in
 Hayn dari fecimus nostri sigilli munimine
 roboratam anno domini m° cc° lxxii°, xv°
 kalendas februarii, presentibus nobili viro
 Johanne burgravio de Witin, Heinrico de
 15 Trebere plebano in Donin nostro scriptore;
 Heinrico camerario de Gnannenstein, Hein-
 rico de Syden, Gunthero de Slatheim, Bor-
 goldo et aliis quam pluribus fide dignis.

heredibus aut successoribus, prout premis-
 sum est, integraliter et absque diminutione
 qualibet reservatis. Ut autem hec nostra
 donatio et omnia premissa in singulis suis
 capitulis robur obtineant perpetue firmitatis
 nec ab aliquo possint in posterum immutari,
 prenotato Heinrico eandem litteram in civi-
 tate nostra Dresden per magistrum Ge-
 uehardum prothonotarium nostrum dari
 fecimus sigilli nostri munimine roboratam
 anno domini m° cc° xxii°, xv. kalendas fe-
 bruarii, presentibus nobili viro Johanne
 burgravio de Witin, Heinrico de Trebere
 plebano de Donin scriptore nostro, Alberto
 dapifero de Burnis, Heinrico camerario
 de Gnannenstein, Heinrico de Siden, Gun-
 thero de Slatheim, Borgoldo et aliis quam
 pluribus fide dignis.

(S.)

20

29.

*Landgraf Albrecht bestätigt die inserirte Urkunde Markgraf Heinrichs des Erlauchten für die
 Mariencapelle beim Hospitale zu Freiberg von 1272 Jan. 18. Freiberg, 1272 Juli 9.*

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das Reitersiegel an Pergamentstreifen.

*Anm.: Ueber die ältere Fassung der Urkunde von 1272 Jan. 18, welche dem Transsumpt zu Grunde liegt, vergleiche
 25 Anmerkung zu No. 28.*

A[lbertus] dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus omnibus
 presentem litteram inspecturis in perpetuum. Que | rite et pie geruntur a patribus, jure
 a filiis debent inviolabiliter observari. Sane cum venerabilis dominus et pater noster
 motus pie|tatis studio ob reverenciam creatoris quedam feoda in proprietatem transire
 30 fecerit in hunc modum: In nomine domini amen. Heinricus | usw. (*vergl. No. 28 A*).
 Nos, qui ejusdem venerabilis patris nostri tenemur et volumus conformari per omnia volun-
 tati, donationem hujusmodi ratam habemus, liberaliter admittentes ut singula que predicta
 sunt perpetuo robore stabilia perseverent. In cujus rei testimonium presentem litteram
 prediete capelle dedimus sigilli nostri munimine consignatam. Datum Vriberc anno
 35 domini m° cc° lxxii°, vii° idus julii.

(S.)